



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die decima Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

copatu, & migrans ad Dominum, successorem  
habuit Acardum.

A Nordmannis de episcopio pulsus, Nico-  
laum primum consuluit, an deberet de cætero  
in monasterio conuersari. Cui Pontifex rescripsit:  
*Si pernitiosum est prorecam in tranquillitate nauim de-  
serere, quanto magis in fluctibus? Vbi non dicimus quod*  
*persecutorum non fugiamus insidias, cum ad tempus sa-*  
*ciunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocen-  
dificulatem diuinitus asequuntur: sed quod præcipue*  
*nos, qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus,*  
*immo qui & horum auctores sumus, Deo auctore cum eis*  
*in periculis pro viribus persistere pro certo conueniat, &*  
*cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, mox gre-  
gem perquirere, & in unū colligere debemus: & cætera.*

*Causa 7. qd.  
I. Capite.  
Sci/ctaris.*

Festum ostensionis notatur in Breuiario Mo-  
rinensi decimo septimo calendas Septembbris Sed  
Carolus quintus, Teruāna capta, direpta, exstir-  
pata, corpus sanctum cum portione sedis episco-  
palis, Ipras transtulit.

## Die decima Martij.

### De sancto Himelino.

*Ex relatu incolarum, & consensu scriptorum in Ru-  
bea-valle, & Throno.*

**F**Enaci, obitus beati Himelini Scotti, presby-  
teri. Qui beato Rumoldo carne propinquus: aut,  
ut alij dicunt, eius affinis, febre pestilentiali tactus, obiit,  
mirificante Domino obitum eius multis signis. Non est  
per episcopum elevatus, aut Apostolica auctoritate sanctis  
asscriptus; locus tamen dicitur vulgo, *sime Himelijns Viss-  
naken*. vbi in crypta sub campanili quiescit, & in altari  
imaginem habet, ac frequenti ad eius memoriam concursu,  
multum

Martij II.

N A T A L E S

multum est honoratus, etiam à longè dissitis. In registris  
locus nominatur Fenacum sancti Martini. Subest autem  
archipresbytero Thenarem in montibus.

ā Galli nominant hoc oppidum Thiel-es-mons.

Die vndeциma Martij.

*D e s a n c t o V i n d i c i a n o , e p i s c . C a m e r a c e n s i .*

*E x h i s t o r i a m a n u - s c r i p t a ; & C h r o n i c i s A t r e b a t u m .*

**I**N pago Atrebati, depositio sanctissimi VINDICIANI, episcopi & confessoris. Qui plenam suam multitudinis numerosæ creberrimis prædicationibus conuertit, ad exsequendam normam vitæ melioris. Ecclesiam Dei genitricis Atrebatensem, ex rebus proprijs, vna etiam cum rege Theodosio, augmentauit villis, ecclesiis, terris, molendinis, alijsque subsidijs. In villa Hunoburt, sedis Cameracensis, cum pretiosissimo martyre Lamberto, monasterium consecrauit, ad laudem Dei & venerationem sancti Petri, ibique clericos & sanctimoniales constituit. Migravit ad Christum in Brosella ( pro quo aliqui codices habent Bruxella ) suæ diœcesis territorio, & sepeliri elegit in Monte sancti Eligij, eo quod beatus Eligius, cui familiari usu dilectionis inhaeserat, ibi habitationis suæ fecerat diuersorum. Est autem dictus mons abbatia, sesquihoræ spatio ab Atrebato, in qua eleuatus est per Fulbertum decimum quintum in episcopio successorem. Archidiaconum autem eius, ut ferunt, Honoratum, iuxta quiescentem, intactum reliquit. Quare eo omisso, in Martyrologio Eligiano legitur Nonis Iulij. Eodem die translatio sanctissimi patris nostri Vindiciani.

a. Cre-